

1221, novembre, 26

*Privilegi de protecció atorgat pel rei Jaume I al monestir de Sant Daniel.*

ASD núm. 89, còpia imitació d'original, 215 x 160 mm.

Manifestum sit omnibus quod nos Iacobus Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinonensis et dominus Montispessulani, uolentes semper predecessorum nostrorum uestigiis qui loca religiosa suis largitatibus ampliarunt eisdem benefiiciis inherere, cum hac presenti scriptura perpetuo ualitura per nos et omnes nostros ob remedium anime nostre et parentum nostrorum laudamus et concedimus et confirmamus domino Deo et nionasterio Sancti Danielis de Gerunda et uobis dilecte nostre uenerabili Agneti abbatisse et toti conuentui dominarum eiusdem domus presentibus et futuris et (sic) omnes cartas et donaciones et franchitates et proteccionem a domino Petri inclite recordacionis rege Aragonum patre nostra uobis et monasterio uestro de Sancto Daniele concessas et Bemardum de Balneolis duem Gerunde et uxorem et filios suos prout melius et plenius in cartis donationis a domino dicto patre nostra uobis factis continetur ad bonum et utilitatem monasterii supradicti. Unde uolumus et uniuersis baiulis et uicariis et aliis hominibus nostris statutis et statuendis firmiter precipiendo mandamus quod hanc laudacionem et confirmacionem et protectionem predictas ratas et firmas habeant et obseruent in perpetuum et non contraueniant set ab omnibus ubique faciant inuiolabiliter obseruari et dictam domum Sancti Danielis cum dicto Bernarda de Balneolis et rebus suis et domibus et omnibus aliis possessionibus et tenimentis suis ad dictum monasterium pertinentibus habitis et habendis tamquam nostra propria et sub nostra protectione specialiter constituta manuteneant fideliter et deffendant et a nullo uos permitant indebite ab aliquo molestari, dum tamen domus et conuentus dicti monasterii parata sit iusticie plenitudinem exhibere cuilibet de se querimoniam proponenti. Quicumque au tem contra huius nostri priuilegii tenorem atemptauerit uenire, non tantum iram et indignationem nostram quam secus habebit se prius damni ilati, prius in duplum facta restitutionem pena .M. aureorum se nouerit perpetuo incursum.

Data Gerunde .VI. kalendas decembris anno Dominice Incamationis .MCCXX. primo, et mandato nostra scripta.

Sig+num Iacobi, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et domini Montispessulani. Testes huius ei sunt B. Barchinonensis episcopus, G. Uice11sis episcopus, Petrus sacrista Barchinonensis, Comes Sancius, Nuno Sancii, Hugo comes Impuriarum, Guilielmus de Montecatano, Dalmacius de Rochabertino, Poncius Guilielmi de Turricella, Hugo de Mataplana, Berengarius de Portela.

Sig(s. *man.*) Berengarii de Parietibus, qui mandato domini regis pro Bernarda Uacta notaria suo hec scribi fecit loco, die et anno prefixis, cum litteris supra positis in linea ubi dicit "uobis factis", et in linea signi regii, ubi dicitur "Aragonum".

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 200-201